

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**D. Laurentii Heisteri Profess. Pvbl. Helmstadiensis  
Academ. Caesar. Regiae Lodin. Ac Berolin. Collegae  
Compendivm Anatomicvm Totam Rem Anatomicam  
Brevissime Complectens**

**Heister, Lorenz**

**[Norimbergae, [MDCCXXXII.]**

**VD18 90513150**

Explicatio Tabvlae Septimae.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9958**

infra fimbriam recti, ubi sphincter situs est, prout in hoc cadavere videnda erant, quorum duobus setæ immisæ.

## EXPLICATIO TABVLAE SEPTIMAE.

Fig. 29. Ostendit *intestinum ileum, colon, cæcum cum processu vermiciformi*, quomodo se sœpe habeant in infante recens nato, flatu distenta & exsiccata.

**A A** Pars intestini ilei, eiusque in latus seu parietem coli sinistrum ingressus.

**B B** Pars intestini coli,

**C** Intestinum cæcum, eiusque in processum vermiciformem peculiaris & diversa, quam in adultis, mutatio: in infantibus enim his cæcum sensim sensimque angustatur in processum hunc, coni quasi figura; cum in adultis id alia fiat ratione, & cylindricus fere sit.

**D E** Processus vermiciformis in hoc infante singulari modo inflexus: primum enim a **C** sub ileo transibat & ascendebat ad **D**. Deinde vero supra ileum iterum reflectebatur, & descendebat ad **E**.


Fig. 30. Eadem *intestina a parte posteriori*, ut cœci mutatio in processum vermiciformem, quomodo in infantibus plerumque se habeat, clarius conspiciqueat.

**A A** Intestinum ileum cum eius in colon ingressu.

**B B** Colon,

**C Cœ**





*Fröling pin*